Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Divina Cælatura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

2. Magiſter, qui non ſpeculatiuè tantùm ſe
practicè hanc docet veritatem, eſt Amor D
Syllogiſmi, quibus eandem probat & demon
vulnera Chriſti. Hiſce namque anima co
gnoſcit, quod amare ſeipſam eſt verum odiſſe
eam eſt verum amare, quodque qui amat vitam
hoc Mundo, perdit eam in altero, & qui odit e
vita, reperit ipſam in futura. Praxin doctri
contemplare in Chriſto, qui, odiendo præſentem
tantâ coruſcans gloriâ ſurrexit ad æternam vi

3 Ante receptionem Spiritus ſancti timeba
bantque Apoſtoli mortem, fugiebant Tyrann
venit Diuinus Magiſter, & docuit eos Myſter
cis & vulnerum Chriſti, finem, emolument
mium patiendi & moriendi propter amorem
Act. Apoſt. 5. vltrò expoſuerunt ſe cunctis perſecutionibus
& *ibant gaudentes* ad tormenta & patibula.

lib. 3. epiſt. 3 Sanctus Franciſcus Xauerius iam dudùm
imbutusque hâc doctrinâ vulnerum Chriſti,
ſuis pœnis & afflictionibus hâc ſe conſola
tentiâ: *Qui amat animam ſuam perdet eam*, &
noſtris ſcribit ex Göa) planè ſe conformare

CONSIDERATIO X.

VULNERA CHRISTI

Diuina Cælatura.

2. Petr. 2. 1. CHriſtus (de quo Petrus Apoſtolus dixit:
accedentes lapidem viuum ab hominibus
tum, à Deo autem electum & honorificatum, lapi
mum, angularem, electum pretioſum) vt in petra
mentalem cœleſtis Ieruſalem ſtatueretur; cæla
& ſculpendus Diuinâ cælaturâ ſacrorum v
Zach. 3. *Ego cælabo ſculpturam eius*, aut, vt alii legunt,
apertionem eius. Ego, inquit Pater æternus, ap
Manibus, Pedibus, & latere Chriſti cælaturam
tum vulnerum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Similem in modum illi, qui deſiderant *tanquàm viui lapides ſuperædificari in Chriſto*, petrâ fundamentali 1. Pet. 2.
cœleſtis Patriæ, debet eſſe ſculpti & cœlati cælaturâ mortificationum.

Tunſionibus, preſſuris,
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis, Hym. Eccl.
Per manus artificis. Vt canit Eccleſia.

Crux itaque nihil aliud eſt, quàm ſcalpellum, quo ſcalpitur & perficitur anima: eoque Chriſtus tàm ſe, quàm nos expolit. Quare dicitur: *Per Paſſionem conſummatus*, id eſt, *perfectus*. Ideòque *decebat*, inquit Apoſtolus, *eum, propter quem omnia, & per quem omnia, per paſ-* Hebr. 12.
ſionem conſummari hoc eſt, *perfici & coronari*, & per idē medium *alios perficere & coronare*.

3. Templum Salomonis ædificatum fuit *de lapidibus* 3. Reg. 6.
dolatis, atque perfectis: ſed malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cùm ædificaretur. Totus enim labor, & omnis cælatura extra Templum facta eſt. Pari ratione in Templo cœleſtis Gloriæ omnes Beati ſunt inſtar lapidum politorum & perfectorum; at inſtrumenta perfectionis, quæ ſunt perſecutiones & mortificationes, non ingrediuntur cum Sanctis in cœlum; in vna & ſola hac præſenti vitâ ſentiuntur. *Et vltrà non erit luctus, neque clamor, neq; dolor, quia prima* Apoc. 21.
abierunt.

CONSIDERATIO XI.

VULNERA JESU.

Ieſus eleuatus.

Soles Eccleſiæ.

1. SOl, vt docet S. Thomas, *eſt fons ſplendoris, fornax ardoris, & cauſa generationis.* Non defuit, qui dixit, Solem eſſe foramen Cæli. Certiſſima opinio, ſi accommodetur hiſce, vt ita loquar, Solibus, & huius Diuini cæli foraminibus. Hi ſoles luce, quæ non cognoſcit occaſum colluſtrant & illuminant intellectum: hi affe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN